Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Unde recognitio ista Vasalli ac petitio renouationis ad quam obstrictus est, dicitur census quidam deuotionis, reuerentiae & obedientiae, ut communiter tradunt Dd: teste Laurent: Sylvan: 4. tract: de feudi recognition: quaest. 13.

Sicut ergo ob solam feudi renouationem necessario per defuncti Vasalli filios aut agnatos petitam, dici non potest, eos absque assensu Domini feudum consequi non potuisse, sed assensu Domini opus habuisse, eumque etiam renouatione facta impetrasse intelligi (: haec enim omnia essent dictu absurda :) Ita quoque dici non potest, hoc nostro casu, propterea quod Venditor promisit se Curaturum Emptores a Domino inuestiri, assensum Domini fuisse necessarium, & a Venditore ob id reseruatum, & per subsequentem Inuestituram emptoribus collatam, uere interpositum. Venditor ~~etiam~~ enim Domino etiam inuito feuda ista sui natura alienabilia & potuit vendere & uoluit, cum alienauerit in Emptores, omnesque eorum haeredes, Id quod fieri non potuisset, si non absque assensu Domini efficaciter alienationem feudorum facere licuisset.

to p. 6. Und ist einmal Im disem fall mit der versprochnes richtigmachung allein dahin zu sehen worden, nachdem der verkhauffer gleichwoll absque Domini assensu seine Lehen zur alieniern befüegt, doch solche einer Person so gleich taugenlich qualificiert und dem Lehenherrn annemblich, das der